obtinet que Ierusalem apud Hebreos superiori
tempore tenebat. Et ut idem tradit quemadmodum
ad desolacionem templi Ierusalem ruinam iudaice
legis subsecutam esse. ita ad urbis excidium
dicit fidei christiane excidium subsecuturum
que ab oraculo sanctissimi illius et doctissimi
viri edita sunt. qui spiritu sancto dictante
allocutus nec falli nec fallere quidem poterat
Hec itaque urbs divinarum institucionum et
sanctorum quasi reliquiarum ditatissima. christiane
religionis fundamentum obtinet. et celestis
patrie divino nomine appellanda est
Et ut divinis institucionibus et religione generaliter
admiramur. sunt quondam hec urbs lumine
et ~~fundamento~~ ornamento orbis terrarum
et tam deorum atque hominum consensu arx et
domicilium humani generis appellatum. que
adhuc nec parvam illius pristine dignitatis
auctoritatem obtinet quod eciam Aristides
orator clarissimus de laudibus urbis
metropolis faciens aperte declarat. Sacr
igitur gloriosissime princeps et clementissime
Cesar constare videtur serenitatem tuam
ad summi sacerdotis conspectum accedentem
vehementer ingaudere. accessisse in terris
spectrum ad purgato animo et ardentissimo
devocionis studio inflammatum. in hunc
celestem thesaurum anhelaveris. Quid
enim sermone tue religiositatis. quid
integritati convenientius. Quid humilitati
aptius. quid laude gloriosius efferre
potuisses. quam superatis tot itinerum
difficultatibus. contemptisque laboribus
summum animarum pastorem. et hanc celestem
urbem ardentissime devocionis cultu visitasse.